



Decvs Angelorvm, Oder Zier vnnd Herrligkeit der Engeln

Haraeus, Franciscus

Coloniae, 1610

Epigramma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81426)

*Laus tua dicetur, tua gloria, tu quoque semper
Proxima cum primis iuncta duobus eris.
Ergo ades, & perfer suspiria nostra Tonanti:
Utque ferat placida crimina nostra: roga.
Posce bonam mentem nobis, & dedita menti
Dedita nec visitis corpora fœda suis.
Sint valide vires, sit opum moderata facultas
Famaque quam metuat tangere lior edax.
Si tamen hæc prosint, si non, procul omnia sunt:*

*Et iubeas laxo fundere cuncta sinu.
Quod satis est cælo sit vitæ se quoque mortis
Non properanda ferat, non fugienda dies.
Pluraque velamen cum corporis exuet huius,
Mens teneat summi splendida templa poli.
Hoc pater, Anna velit mundi fac maximus autor
Hocque tuæ Natæ Natus & ipse velit.
Hoc sacer amborum velit ardor Spiritus unus
Vixit quique triplex sæcula cuncta Deus.*

EPIGRAMMA.

PER I. O. F.

N. V. N. T. I. V. S. A. N. N. A.

N. **A** NNA quid indigno turbaris pallida
luctu,
Singultuque graui pectus anhela
quatis?
A. Dura quod infelix, & magno inuisa To-
nanti,
Eheu, tam longo tempore, fata moror.
Hoc equidem ut pateat, fœcundi gratia
partus
Me fugit, heu sterilis cedit arena mihi.
Quin & delubris diuum, me obuersus Aru-
spex,
Retrahit, atque artis munera terre, vetat.
Iratum Numen, non exaudita Tonanti
Quæ supplex fudi, vota, precesque ca-
nit.

N. Parce metu, veneranda senex, immota sa-
lutis
Totius mundi debita fata manent.
Non inuisa Deo trueris viralibus auris,
Nec surdâ genitor transiit aure preces.
Iam tua progeniem, quam non comple-
ctier orbis
Est potis immensus, viscera, crede, fe-
runt.
Illa Deum virgo pariet mortalibus ægris,
Nec referet damnum virginitatis ho-
nor.
Sacra ferent illi gentes, votisque voca-
bunt,
Postque Deum, summum, te sacra, nu-
men erit.



e IIII

Das